

tractaturi. Sequenti vero nocte dum archiepiscopus post matutinas in ecclesia solus in oratione ^lpersisteret, imperator observata hora congrua uno dumtaxat clerico comitante pulsans ostium ^mpratorii subintrat et ab iecta ⁿclamide pedibus archiepiscopi advolvitur, confitens humiliter in eum peccasse, et ita cessavit inter servos ^odei tota ^psimultas, nullo de cetero rancorum ^qvestigio remanente. Cetera huius sancti ^rHeriberti vite et sanctitatis sue memorialia, que non sunt pauca, in eiusdem legenda, que in multis reservatur ecclesiis, plenius continentur. ⁺

Pilegrinus ^sColoniensis presul ^{xxxi}.

cal. I. II. II.

Tricesimus primus rexit ^tColoniensem ecclesiam sub sedens sub Conrado ^uimperatore II. annis 15 venerabilis pontifex Pilegrinus. ^uHic instituit ^vcollegium sanctorum apostolorum in Colonia et ecclesiam per sanctum Heribertum antecessorem suum inceptam auxit et feliciter consummavit, ⁺⁺ ubi sepultus in domino requiescit.

Hermannus secundus pontifex Coloniensis ^{xxxii}.

cal. I. II.

Tricesimo secundo loco ordinationem accepit ^xad regimen cathedre ^xColoniensis ecclesie sedens sub Henrico III. imperatore 20 annis venerabilis pontifex Hermannus cognomento nobilis appellatus. Qui sepultus est in ecclesia s. ⁺⁺⁺Petri.

+ add. 4: Anno 19. Henricus imperator colonie natale domini celebrans Heribertum archiepiscopum a se iniuriose tractatum humili satisfactione placat. cui reconciliatus archiepiscopus predixit se propediem moriturum. Et non multo post mortuus magnis cepit clarere virtutibus. add. 7: Hic incepit ecclesiam sanctorum apostolorum colon. sed non complevit, fecit tamen chorum et fere mediam navem ecclesie, residuum fecit sequens
++ add. 2. 4. 7: ac (hic 7) capita sanctorum Felicis et Adalberti (Hudacti 2. 4.) per eum de Roma deportata in eadem ecclesia honorifice collocavit. add. 2. in scheda insula al. man.
Hic Pilegrinus 31. episcopus col. instituit collegium sanctorum apostolorum in Colonia et ecclesiam per s. Heribertum antecessorem suum inceptam auxit et feliciter consummavit. Unde verius: Hoc templum sanctum Heribertus lucide struxit. A medio sursum precioso munere duxit. Hic nostra genitrix electa (? el. cod.) virgo Maria. Et sanctus Paulus gloriosum lumen electus. Hi sunt patroni qui prestant cetera dona (!). Sed alteram partem Pilegrinus rexit in altum. Donis dotavit gloriose suis decoravit. Christi discipulos electos hic dedens. Resides instituit et patronos nominavit. Infantiles gentes hac sancti sunt protectores. At pravis cunctis pro vivis atque defunctis.

l) in ot. deest 4. 4. m) hostium 2. 3. n) adiecta 3. o) sanctos 4. 4. 4. p) tota deest 1. 4. 4. 4. q) rancoris 2. r) viri add. 1. s) Pilegrinus 1. Pilegrinus 2. t) recepit 4. 4. 4. u) Pilegrinus 3. v) constituit 3. w) accepit deest 3. x) cathedra 2. y) beati 1. ^uConrado ipso imperatore 2.

+++ add. 6: Hic ecclesiam s. Petri rini dilapsam renovavit et amplavit. Ad istum Hermannum archiepiscopum Coloniensem Franco, scholasticus Leodiensis et scientia litterarum et morum protuberante clarens, scripsit librum de quadratura circuli, de qua re Aristoteles ait: circuli quadratura, si est scribile, scientia quidem nondum est. Illud vero scribile est, quoniam consecravit ecclesiam Goslariensem Hermannus anno XI. Henrici tertii. Testum minus bonum exhibet 6.